



Thes. I.

SAdducæi mortuorum resurrectionem,
Angelos Spiritusque negantes, partim in Theo-
logicis, partim Philosophicis ruditatem suam pro-
didere.

Thes. II.

Equidem Spirituum existentiam omnium æta-
rum clarissimi Philosophi non sine ratione sufficienti
asseruerunt.

Thes. III.

Anima certe Spiritus est, & omnis materiæ
expers.

Thes. IV.

Adeoque influxus ejus Physicus in corpus diffi-
culter probari potest, qui materialitatem potius, quam
immaterialitatem animæ sapit.

Thes. V.

Angelos etiam atque spectra admittere possunt
Philosophi.

Th. VI.



Thef. VI.

Ita tamen existimamus, doctrinam de iis ad Philosophiam occultam potius quam liquidam pertinere.

Thef. VII.

Nonnullos sub Geniorum tegmine Angelos occultasse censemus.

Thef. VIII.

Animos non perire, neque etiam corpus plane interire, statuunt, qui accuratius philosophantur.

Thef. IX.

Impios poenas, probos vero præmia post hanc vitam expectare, contra Sadducæos, non sine ratione adstruitur.

Thef. X.

Pessime Sadducæi, juxta *Josephum*, divinam negarunt Providentiam.

Thef. XI.

Negans Providentiam, eo ipso Numinis existentiam non negat.

Thef. XII.

Arnobius, qui Sadducæos DEO formam corpoream tribuisse retulit, id præter rationem non fecit.

Thef. XIII.

Cæterum DEum omni materiæ expertem, Spiritumque esse, cum iis, quibus mens sana est, defendimus.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN® Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Skin	Light Gray
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta		Dark Skin	Dark Gray



- A** 1 R
- 2 G
- 3 B
- 4
- 5
- 6
- M** 8 W
- 9 G
- 10
- 11 K
- 12
- 13
- 14 C
- 15 Y
- B** 17 M
- 18
- 19

TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007